UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

V. Papst Gregor IX. bestätigt den Tempelherren die ihnen von dem Bischofe zu Lebus überlassenen Zehnten von Ländereien um Küstrin, am 22. September 1238.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

V. Papst Gregor IX. bestätigt den Tempelherren die ihnen von dem Bischofe zu Lebus überlassenen Zehnten von Ländereien um Küstrin, am 22. September 1238.

Gregorius, episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis Magistro, fratribus Domus militie Templi in Teutonia salutem et apostolicam benedictionem. Quum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii uestris justis postulationibus grato concurrentes assensu decimas Noualium de Custrina, quas venerabilis frater noster Episcopus Lubucensis spectantes ad ipsum capituli sui accedente consensu nobis pia et prouida liberalitate donauit, prout in ipsorum literis super hoc confectis plenius dicitur, contineri, sicut eas juste et pacifice possidetis, vobis et per vos Domui vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se nouerit incursurum. Datum Anagnie, X Kal. Octobr., pontificatus nostri anno duodecimo.

Gercken's Codex V, 283.

VI. Papst Innocenz IV. bestätigt dem Tempelorden alle Zehnten, Grundstücke und Einkünfte in Quartschen, Chins, Bahn, Lezenitz und andern Orten, am 18. Januar 1247.

Innocentius, episcopus, seruorum seruus dei, Dilectis filiis preceptori et fratribus militie domus templi in alemannia Salutem et apostolicam benedictionem. — — — vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, Decimas, terras, Redditus, possessiones et alia bona vestra, que in de Quarsan, de chins, de banen, de lezenitze, de henrikestorpe, de tempelberghe, de Marquardestorpe, de Nyentemple, de Colaz villis et terris habitis, sicut ea iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos domui vestre auctoritate apostolica confirmamus. — — Salua in predictis decimis moderatione concilii generalis. — — Datum lugduni, XV kal. februarii, pontificatus nostri anno quarto.

Wohlbrück I, 115.